



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Preces ad repellendam tempestatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

Oratio.

AD te nos, Domine, clamantes exaudi, & aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus.

Oratio.

QVæsumus, omnipotens Deus, clementiam tuam, ut inundantiam coerceras imbrum, & hilaritatem vultus tui nobis impertire digneris. Per Dominum &c.

Preces ad repellendam tempestatem.

P*ulsantur campanæ, & illis, qui adesse possunt, in Ecclesiam convocatis, dicuntur Litanie ordinariae, ut supra; in quibus bis dicitur: A fulgure & tempestate; & post Litanias, Orationemque Dominicam,*

Psalmus 147.

LAuda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit feras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo ejus.

Qui

Qui dat nivem ſicut lanam: nebulam, ſicut cinerem, ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam, ſicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis ſuſtinebit?

Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: ſlabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum ſuum Iacob: juſticias & judicia ſua Iſraël.

Non fecit taliter omni nationi: & judicia ſua non manifeſtavit eis.

Gloria Patri &c.

Vers. Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam. *Reſp.* Et ſalutare tuum da nobis. *Vers.* Adjuva nos Deus ſalutaris noſter. *Reſp.* Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. *Vers.* Nihil proficiat inimicus in nobis. *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. *Vers.* Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos. *Reſp.* Quemadmodum ſperavimus in te. *Vers.* Salvum fac populum tuum, Domine. *Reſp.* Et benedic hæreditati tuæ. *Vers.* Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia. *Reſp.* Domine Deus virtutum, beatus homo, qui ſperat in te. *Vers.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat.

veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui culpâ offenderis, poenitiâ placaris; preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

ADomo tua, quæsumus Domine, spirituales nequitia repellantur, & aëriarum discedat malignitas tempestatum.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare supplicibus; ut, post noxios ignes nubium & vim procellarum, in misericordiam transeat laudis, comminatio tempestatum.

Oratio.

Domine Iesu, qui imperasti ventis & mari, & facta fuit tranquillitas magna; exaudi preces familiæ tuæ, & præsta, ut, hoc signo sanctæ Crucis ✝, omnis discedat sævitia tempestatum.

Oratio.

OMnipotens & misericors Deus, qui nos & castigando sanas & ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis, ut & tranquillitatibus optatæ consolationis lætemur,

& do-

& dono tuæ pietatis femper utamur. Per
Dominum &c.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Preces, dicendæ tempore penuriæ
& famis.

A Guntur omnia, ut supra, in Litaniis majoribus, Pag. 156.
usque ad finem Litaniarum; in quarum precibus
bis dicitur: Vt fructus terræ dare & conserva-
re digneris. Post Litanias dicitur, Pater no-
ster, &c. *Psal.* Dominus regit me, &c. ut supra. Pag. 266.
Vers. Domine, non secundum peccata nostra
facias nobis. *Resp.* Neque secundum iniqui-
tates nostras retribuas nobis. *Vers.* Oculi
omnium in te sperant, Domine. *Resp.* Et tu
das illis escam in tempore opportuno. *Vers.*
Memento congregationis tuæ. *Resp.* Quam
possedisti ab initio. *Vers.* Dominus dabit be-
nignitatem. *Resp.* Et terra nostra dabit fru-
ctum suum. *Vers.* Domine, exaudi orationem
meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat.
Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiri-
tu tuo.

Oremus.

I Neffabilem nobis, Domine, misericordiam
tuam clementer ostende, ut simul nos &

S f f

à pec-